



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Ratio autorum libri super eodem. Cap. XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

RERUM MEMO. LIB. V.

RATIO Policratys, cur velit Paschæ

xiiij. luna obseruari.

Cap. X.

**A**ffirmantibus è contra Asianis & maxime Polycrate Ephesiorum episcopo, qui int' eos primatum agere videbatur, quod ab illo interemerato die Paschæ, in qua secundum euangelium etiam ipse dominus suum Pascha celebrait, nihil licet adde revel substrahere, ut ultra xiiij. diem vel infra celebraretur, prætententibus etiam antiquum morem & maiorum traditionem, & dicentibus, quia Philippus euangelista, qui cum suis filiabus dormit in Asia, & Iohannes apostolus, qui supra pectus domini in cena recubuit, necnon & Polycarpus discipulus eius obseruerunt. Tandem autem inspiratione diuina plurimis in unum concordantibus, & senioris fidei & scientiae episcopis, promulgatum est solenne decretum à Victore Romano pontifice de Paschæ concordia, & subscriptis venerabilibus episcopis Narciso Hierosolymitano, Theophilo Cæsariensi, Irenæo Lugdunensi, cum ceteris episcopis Galliarum, & confirmatis quod in dominica die resurrectionis Christi mysterium Paschæ debeat omnimode celebrari.

H A Y M O.

Caput XI.

**M**ichi autem videtur Romanam ecclesiam prudenti consilio & saniore sententia hoc potius elegisse ne Iudaizare videremur, & Mosaicum ad huc vel figuratum Pascha obseruare, si sp xiiij. luna so-

D ij

## HAYMO DE CHRISTIA.

Iennitatem Paschę celebremus. Vnde quia finito verteri & typico nouum Pascha Christus instituit, & p̄ esu agni typici tradidit immaculati sui corporis & sanguinis mysterium, recte sicut agnum typicum non sumimus, sic iam figuram negligimus, cum rem teneamus. Itaque & illam xiiij. diei obseruantiam cum Iudaeis non facimus, sed die resurrectionis domini nouum potius nostrum Pascha celebramus. Quia cum Pascha transitus interpretetur, & nostrum transitum vel de vitiis ad virtutem, vel de morte ad vitam significat, recte & vere transitus noster, qui à passione domini incipit, cum dominus resurgit perficitur, & ideo tunc potius Pascha celebramus. Nihil enim nobis Christum mori profuit, nisi & resurgere profuisse. Sunt & aliæ forsan patrum rationes, quas diligens & studiosus lector alicubi poterit reperire. Sed iam ad narrationis ordinem reuertentes, pensemus hic aliquantulum, ut postmodum recreati sex-tum volumen expediamus.

## SODA HAYMONIS

EPISCOPI HALBERSTAD-

tensis liber VI,

Caput I.